UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

De nona. cap. 72

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

paſſione in ſacris euangelijs. ⁊ de conſ. diſt. ı. nocte ſancta.

¶ De ſexta. Cap. 71.

Sextā dicim⁹ ī ſignū, q̄ ī illa hora fuit Chr̄s crucifixus manibus militū, vt hr̄ Jo. 19. ⁊ de pe. diſt. ı. periculoſe. ¶ Secūda rō eſt quare in hora ſexta oramus, q2 iſta hora Chr̄s clauis ↄfixus eſt, ⁊ tunc tenebre per vniuerſum mundū facte ſunt. Nā ſol quaſi lugēs veſtibus nigris ſe induit, vt crucifigentibus deū lumē nō pberet, imo phiberet in quantū poſſet, prout legitur Lu. 23. ¶ Tertia rō eſt, quare ī hora ſexta deū laudamus, q2 tali hora Chr̄s diſcipulis ſuis recūbentibus apparuit, ⁊ ipſis cernentibus eſt eleuatus in celum, Lu. 24. Mar. 16. Act. ı.

¶ De nona Cap. 72.

Nonam dicimus in ſignū, q̄ Chriſtus dei filius paſſus illa hora reddidit Deo patri ſpm̄, dicens. Jn manus tuas ⁊c. vt hr̄ Lu. 23. ⁊ de celeb. miſ. cap. Jn quadam. §. non ad eſſe hominis. ¶ Secunda ratio eſt, quare hora nona deum laudamus, quia illa hora, vt legimus, miles cum lancea latus aperuit, vnde exiuit ſanguis ⁊ aqua, vt hr̄ Jo. 19. ⁊ de conſ. diſt. 2. c. ı. de ſumma trin. c. ı. in cle. ¶ Tertia ratio eſt, quia in hora nona cetus apoſtolorum ad orandū conuenire conſueuerat. Act. 3. Et ideo nos exemplo ipſorum idē facere debemus, iuxta illud quod habetur de elec. c. ſignificaſti. 2. q. ı. c. Deus omnipotens.

¶ De veſperis. Cap. 73.

Veſperas dicimus in ſignū, q̄ Chr̄s illa hora, cū ſero factū eſſet, in cena ſacr̄z corporis ⁊ ſanguinis ſui inſtituit, ⁊ pedes diſcipulorū lauit, vt hr̄ Jo. 12. ¶ Scd̄a rō eſt, quare in hora veſpertina deū laudamus: q2 iſta hora Chr̄s fuit depoſitus: prout hr̄ Matth. 27. ¶ Tertia rō eſt, quia in hora veſpertina diſcipulis euntibus in caſtellū Emaus Chriſtus in habitu peregrini apparuit, vt habet Luc. vlti. ⁊ ı. q. ı. Domin⁹ in prima.

¶ De completorio. Cap. 74.

Completoriū dicimus in ſignū q̄ illa hora corpus Chr̄i poſitū fuit in ſepulcro, vt hr̄ Lu. 23. ⁊ de ↄſ. di. ı. ↄſulto. ¶ Secunda rō eſt, quia in hac hora Chriſtus ſudauit guttas ſanguinis ſeu ſanguineas, vt habetur Lu. 22. de cele. miſ. c. Jn quadam. §. pe. in fi. ¶ Tertia rō eſt, quia in hac hora deputata fuit cuſtodia monumenti ſui ſacratiſſimi corporis, vt habetur Mat. vlt.

¶ Quare